Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38233
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



170

ergo magis. si infidelis discesserit liberum habebit arbitrium; Si uolu
erit nubere legis suae uiro; Illud enim non debet inputari matrimonium.
quod extra legem dei factum est sed cum post cognoscit. et emendat. dolet
sed delequisse ueniam meretur; Si autem ambo crediderint per cognitionem dei
confirmant coniugium; In pace autem uocauit nos dominus. uerum est quia non oportet
et litigare cum eo qui discedit; Quia odio dei discedit. ac per hoc nec dignus
habendus est; Quid enim scis mulier si uirum saluum facias aut unde scis uir
si uxorem saluam facias; Hoc dicit quia foste possunt credere qui non ab
horent nomen xpi; Nisi unicuique sicut diuisit dominus; Diuisit dominus unicuique
quando saluetur. hoc est credere et sustinet illum; Sic et hic docet expectan
dos eos. ne scandalum dehis patidebere. quia custodienda est spes illorum;
Si enim ipsi recesserint dissimulandum ab his; Unumquemque sicut uocauit dominus.
Ita ambulet; Hoc est ut si matrimonio iunctus est. qui credit non deserat
neque uir neque mulier; Sed sic maneat siue iudeus siue grecus; Sic in om
nibus ecclesiis docea. ut suadeat non se aliter his tradere quam ceteris;
Ut cum ceteros huius fidei hoc doceri audiunt promptius assequantur;
facile enim quis inclinatur. si uiderit socium consensisse; Circumcisus
aliquis uocatus est non adducat preputium; Hoc est quod dixit. ut ita ambu
let sicut uocatus est ut iudaeus factus xpianus non putet se forte indignum.
quia preputium non habet dans gloriam preputio; In preputio quis uocatus est
non circumcidatur. ut gentilis uocatus non aestimet se debere circum
cidi per id quod filios abrahae audet preponi; Nec enim quia circumcisis preponuntur;
Sed merito abrahae cuius filii sunt in utroque si credant. si quo
minus peiores erunt gentilibus; Deterius est enim fuisse et non esse quam
numquam fuisse; Circumcisio nihil est. et preputium nihil est. quia nec obest sed ob
seruatio mandatorum dei id est. fides propitium facit deum si bonis operibus adpro
betur; Unusquisque in ea uocatione in qua uocatus est in ipsa permaneat;
Hoc firmat quod supra dixit; Seruus uocatus es non sit tibi cura sed et si po
test liber fieri magis utere; Hostatur ut bene seruiens dedit timore
carnali domino dignum se faciat libertate; Ne audiens foste seruus